

dari unum principium, quod sit radix omnium perfectionum.
& haec est forma substantialis aristotelica; ergo datur dicta forma Aristotelis. Respondeo, concedo maiorem propositionem, nego deinde minorem; quia si non datur talis forma aristotelia non potest esse principium omnium perfectionum compositi: verum est quod radix omnium perfectionum in mixto est essentia metaphysica, quae forma compositi vocatur, quae quidem forma metaphysica est totum conflatum ex pluribus corporibus simplicibus essentialiter unitis inter se modo dicto in antecedenti subsectione n. 29. & 30: quorum neutrū est subiectum in hæsionis alterius, & si-contractionis, perfectionis, & denominationis, ut ibidem dixi, unde nego consequentiam.

40 Obijcies 9. si non datur materia prima aristotelica utraq; pars compositi erit actus primus compositi organici &c. atque adeo forma; ergo dicta forma datur, quia ita ab Aristotele definitur, & compositum duplēi forma constabit, quod est absurdum dicere. Respondeo, nego antecedens, una sola pars ex essentialibus, videlicet elementum præualens habet rationem perfectientis, atque adeo actus corporis physicus erit, alia autem, vel alias per modum huius habent rationem partis perfectibilis ut pluries dixi, una dicitur actus; quia alias per modum unius ad unum esse tale contrahit & hoc verificatur in omni composito etiam in vegetabili, quod aliqui ex modernis negant: generationem autem pro termino producto immediato habet unionem, quia pars perfectiva educit de perfectibili, & de se pro mediato totum mixtum ex elementis, unde nihil contra me.

41 Instabis stante data responsione generatio non distingueatur a missione, quod est factum, quia diversa definitione definitur; generatio enim definitur, quod sit productio ex subiecto, nullo autem proti est mixtibilium alteratorum uno.

Respondeo, concedo maiorem propositionem, & si duplice definitione definitur, in unam tamen coincidunt, idem namque est dicere productio ex subiecto, ac eōpositio ex partibus, quatenus ista unius rei genitrix subiectum, siue materia, aut id ex quo; unde illæ partes sunt solum elementa mixtibilia, scilicet tantæ vel tantæ portiones elementorum ex elementis sumptæ, que constituunt in istum, siue compositum, debent sibi inuicem uniri, & quod inde sequitur alterari, ac temperari, & misceri; unde id quod est elementorum alterorum unio, vel unitio, est, ut patet, simul productio ex subiecto: unde manifestum est co-